

Petrus de Gracilis

Principium I

<Sermo 1>

Ms. London, British L Royal 10 A (f. 1r-3r)

ed. Monica Brînzei

Quali petra fabricabo pro solido elemento?
Quali forma decorabo pro placito ornamento?
Quali base sustentabo pro valido fundamento?
Quali arte elevabo pro suppremo complemento?

Quibus questionibus respondebat ipsemet artifex increatus dicens:

Viva petra fabricabo que non conteretur.
Clara forma decorabo que non contempnetur.
Viva lege sustentabo que non subvertetur.
Alta arte elevabo que non capietur.

(...)

Opponam hereticis ut lapidem durissimum.
Imponam philosophis ut militem fortissimum.
Apponam pro iustiis ut doctorem verissimum.
Proponam ecclesiis ut structorem doctissimum.

(...)

Elevat cognitionem supra celum ultra modum humanorum.
Reservat productionem infra polum intra mundum contentorum.
Declarat reductionem extra regnum proscriptorum.
Demonstrat electorum locationem intra locum beatorum.

(...)

Increate deitatis essentiam sillogizat.
Consecrate veritatis notitiam preconizat.
Infrustrate potestatis potentiam auctorizat.
Inconcusse voluntatis placentiam dogmatizat.

(...)

Syderum lucentium positionem et staturam.
Temporum fluentium successionem et mensuram.
Corporum simplicium conditionem et naturam.
Peccatorum viventium complexionem et mixturam.

(...)

In plenilunio solem eclipsari.
In emisperio celum quietari.
In ventre parvulo immensum locari.
In celi solio terram elevari.

(...)

Christum exhibentem medicinalia.

Christum participantem malis supplicia.
Christum premiantem bonos in gloria.
Christum proferentem iudicialia vel vera iudicia.

(...)

Primo in lumine supernaturali¹ deitatem revelari.
Secundo in opere divinali entitatem situari.
Tertio in homine personali unitatem sublimari.
Quarto sub tegimine eternali civitatem popularii.

¹ supernaturali] supernali